



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

x. De Restitutione spoliatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

DE RESTITVTIONE
spoliatorum,
TITVLVS X.

*Intentans spolia non potest recoueniri, nisi
super causa spoliij. h. d.*

S quoq; qui se quibusdam re-
bus, aut iuribus spoliatum cō-
queritur, ab aduersario suo re-
conueniri non poterit: nam su-
per spoliatione conuentus, ad-
uersus restitutionem petentem
nō est, nisi super quæstione spo-
lij, audiendus. Restitutionis e-
nim petitio in hoc priuilegiata
esse noscitur, vt ipsam intentās,
non cogatur ante restitutionē
spoliatoribus respondere. Vn-
de cum quis se de beneficij pos-
sessione violētē eiectum apud
iudicem conqueritur, si aduer-
sarius eundem non Canonicē
dicat institutum, de violenta
prius eiectione, quā de Cano-
nica institutione cognoscendū
erit.

*Spoliatus est ante omnia, et quo ad omnia,
restituendus. h. d.*

Sed etsi spoliatus non pri-
mus coram iudice super spolio
sibi illato consistat, sed crimina-
li iudicio ab aduersario lacessi-
tus spoliationis causam propo-
nat, ita demum super petitione
iudex pcedere poterit, si prius
restitui spoliatum sua senten-
tia iusserit: omnes enim leges,
tam Ecclesiasticæ, quā secula-
res ante omnia cuncta spo-
liatis, vel eiectis redintegran-

da^b, & damna farciēda esse pre-
cipiant: fructus^c quoq; non tā-
tū a violento possessore per-
ceptos, sed etiam qui a veteri
possessore percipi verisimiliter
potuissent, restituendi erunt,
nec restitutionis solū senten-
tia sufficiet, nisi re ipsa omnia
iudicis officio restituantur, ita
vt eiectus, vel spoliatus etiam
naturalem possessionem reci-
piat, cunctaque, quæ sibi oblata
fuerint, eodem, vnde surrepta
fuerunt, reuocentur.

*Quæstio spoliij per modum reconuentionis
proposita, non impedit processum super alia
causa ciuilitē institutum. h. d.*

Quōd si ciuilitē conuentus
aduersario spoliij quæstionem
regerat, cum mutua tunc intel-
ligantur petitiones in idem iu-
diciū deductæ, vicissimq; tra-
ctatæ, vnica simul erunt senten-
tia terminandæ.

*Cum spolium proponitur in modum ex-
ceptionis, nulla fertur restitutionis sententia
sed quandiu non fuerit reus restitutus, non est
cogendus actori respondere. h. d.*

Sed hæc quidem obtinent,
cum in modum actionis spoliij
quæstio proponitur: sed si citra
litis contestationem de spolio
quis excipiendum duxerit, su-
per ipsa quidē exceptione pro-
bationes primitus recipiēde e-
runt: ea tñ legitimè p̄bata, nulla
restitutionis erit ferenda sentē-
tia, sed tandiu spoliatori super
petitionibus suis respondere

*b. can. redinte-
granda. 3.
q. 1.
c. cap. gratis.
ext. cod. tit.*

a cap. fi. ext.
de ordin.
cognit.

b cap. 1. ext.
de except.

cogendus non erit^a, donec ab ipso restitutus fuerit. Quemadmodum enim, si in modum exceptionis aliquod crimen testi obijcitur^b, ut à testimonio repellatur, & si crimē contra eum civiliter probatum fuerit, sibi pœna non infligitur ordinaria, sed eius dūtaxat testimonio nō creditur: sic spoliatio in modū exceptionis tātū probata, restitutionis sententia minimē ferenda erit.

Tribus casibus priuatus à iudice dicitur spoliatus, si non seruauit iuris ordinem, si nulliter pronuntiauit, si erat iudex incompetens. h. d.

Spoliatus autem non solum is intelligitur, qui à priuato quocunque homine rerum quarundam possessione indebitē priuatus fuit: sed etiā^c ille, quē iudex ipse iuris ordine prætermisso, beneficio, vel alijs rebus carere coëgit: vel is, qui licet iuris quidem ordinem seruauerit, spoliati tamen, & de facta damnati iudex erat incompetens: vel, si iudex sit competens, circa priuationē tamen nulliter pronuntiauit.

Spoliasse & is intelligitur, qui mandauit spoliari, aut spoliū suo nomine factum ratum habuit, uel spoliatori successit in uitium. hoc dicit.

Is quoque spoliasse intelligitur, q̄ licet ipse non spoliauerit, per alium tamen spoliari mandauerit^d, aut spoliū suo patra

d can. notum.

tum nomine ratum habuerit: unde & is restitutioni obligabitur, quemadmodum^e & ille, qui rem indebitē occupatā, sciēter recipiendo spoliatori succedit in id uitium. Licet enim is non spoliauerit, cū tamen, quo ad periculum animæ, non multum intersit, utrū quis iniuste detineat, an alienum inuaserit, cōtra huiusmodi possessorem spoliato per restitutionis beneficium, non obstante iuris ciuilibus rigore, succurritur.

Renunciatio facta post spoliū non impedit spoliati restitutionem, sed si antē fuerit renunciatio, & testes super spontanea renuntiatione nō sunt admittēdi ante restitutionem. hoc dicit.

Illud quæsitū^f est, si post spoliū Ecclesiæ renunciasset quis dicatur, an ob huiusmodi renūciationem spoliato sit deneganda restitutio, & cū non sit uerisimile, quod spontē proprio iuri renunciauerit, qui renunciat, spoliatus huiusmodi non obstante renuntiatione, restituendus erit. Testes etiam partis alterius de iuramento, & renuntiatione spontē facta, non antē admittendi erunt, quā spoliatus plenariē fuerit restitutus. Quod si ante^g spoliū Ecclesiā spontē abiurasse reperiat, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

Ponit aliquos casus exceptos ab illa regula

*ubi gloss.
2 q. 1. &
cap. cūm
ad secur.
dum. in fi.
ubi gloss.
extra eo.
e cap. sæpe
contingit.
cxix. cod.*

f cap. 2. nō
cod. tit.

g cap. accepta. ext. co.
tit.

la, Spoliatus ante omnia est restituendus h. d.

Sunt & alij casus, quib. iure denegabitur spoliatis restitutio: vtputà, cum agèti per modū exceptionis de alia spoliatio- ne opponitur, aut rā super proprietate, quā super spolio eodem tempore disceptari spolia- tus ipse consenserit, aut ante re- stitutionis postulationem peti- toria actione iudicium exper- tus succubuerit.

Probatio spolijs, absentia spoliatoris, & la- psus temporis, non operantur restitutionem, si spoliator non absit per contumaciam, uel do- lum. h. d.

Item si spoliatore non per cō- tumaciam, vel per dolū absente, ab Apostolica sede ad iudices spoliatus literas obtinuerit, vt si eum spoliatum iudici- bus constiterit, intra certum tē- poris spaciū restituatur, si reus intra præfixum terminum sese iudici exhibere non possit, quā- quam temporis lapsus immin- eat, & actor sit suam possessio- nem & deiectionem probare paratus, nihilo minùs restituē- dus non erit.

si contra agentem spolio opponatur exce- ptio, per quam concludatur actorem non pos- sedisse, spoliatus ante omnia non restituitur. h. d.

Sed & si talis opponatur exce- ptio, quæ agentem minimè possedisse concludat, tandiu substinenda erit restitutio, do- nec super tali exceptione co-

gnitum fuerit: vt ecce, nec laici spiritualia possidere, nec sacer- dotes vxores habere possunt. Vnde si vel illi se beneficijs spo- liatos, vel hi ab vxoribus se de- stitutos coram iudice conque- rantur, & ab aduersarijs de secu- laritate, vel de sacerdotio agen- tibus opponatur, procul dubio differenda erit restitutio.

Cum pro spoliatore militat iuris præsum- ptio, spoliatus nō est ante omnia restituendus. hoc dicit.

Quinimò & cum sola iuris præsumptio pro spoliatore cō- tra spoliatum militat, impediē- da erit restitutio: ex quo appa- ret, eum, qui (exempli gratia) restitui postulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ li- mites possedisse asserit, nequa- quam restituendum esse, nisi e- uidenter docuerit, quòd earum possessionem legitimè assequu- tus fuerit: quæ eas occupasse in- iustè verisimiliter præsumitur, cum ex prædijs perveniāt intra alienam parochiam constitu- tis, manifestumq; sit, eas iure cō- muni ad eādem Ecclesiam per- tinere, nisi aliud ostensum fue- rit.

Hæreticus non restituitur ante omnia idē si in restitutione timeatur de periculo animæ, uel scandalo, quia differtur restitutio. h. d.

Plures præterea sunt casus, quibus spoliatus ilico non re- stituitur: vel vt, cum hæresis la- be pollutus deprehenditur, vel facta restitutione animæ peri-

a cap. fin. eod. tit. in 6.

culum immineret, vel scandalū timeri possit: & alij, qui nō minus secularibus, quàm Pontificijs legibus continentur.

*Spoliatus potest suspenso petitorio ante cōclusionem in causa, intentare possessorium: se-
cus si sit conclusum, nisi tamen aliter iudici ui-
deatur. h. d.*

*cap. pasto-
ralis. ext. de
causa poss.
et proprieti.*

Postremò sciendū est, in spo-
liantis odium cōstitutum esse,
si spoliatus proprietatis litē in-
gressus fuerit, nullam de illata
libi violentia mentionem faci-
ens, ante quàm renunciatū sit,
aut conclusum in proprietatis
iudicio, vt idem debeat super
possessorio, etiam petitorio su-
spenso, audiri. Quòd si renun-
ciatum fuerit, vel cōclusum, vt
iam possit causa proprietatis sen-
tētia terminari, ne lites litibus
inculcentur, & via possit frau-
dibus aperiri, causa non decisa,
possessorio non erit vtendum:
nisi iudex, qui de causa cogno-
scit, hoc ipsum ex iusta causa vi-
derit expedire: puta, cūm ex p-
spicuis iudicij iniquitas inua-
foris facile arguitur, & spoliato
casu, siue dolo spoliatoris domi-
nium probandi facultas subtra-
cta fuerit.

DE LITIS CON- restatione,

TITVLVS XI.

*Litis contestatio est fundamentum iudicij,
quo deficiente frustra superædificabitur. Et,
quando dicatur lis contestata. h. d.*

Hactenus ea complexi fu-
mus, quæ plerūque ante
causarum discussione ver-
tuntur, quæ non tam iudicij par-
tes habentur, quàm iudiciorum
preparatoria: perueniamus nūc
ad ea, quibus ipsum iudiciū cō-
stituitur. Est autem iudiciorū
quasi fundamentum quoddam,
litis cōtestatio: nam si illa à par-
tibus prætermittitur, procul
dubio omnia, quæ sequuta fue-
rint, corruent, seq; ipsos litiga-
tores inanib. laboribus, & sum-
ptibus vexabunt: vnde nec te-
stes recipi, nec ad sententiam
per iudicem procedi poterit.
Ea^c verò fit per petitionem in
iure propositam, & congruam
responsum sequutam, animo
contestandi litem factam, cūm
iudex per narrationem negocij
causam audire cœperit: vnde si
quis positionibus simpliciter
respondeat, aut peremptoriam
exceptionem proponat, nequa-
quam per hoc esse facta conte-
statio litis intelligitur.

*Procurator, tutor, & similes, possunt litem
contestari. h. d.*

Fit autē litis contestatio non
solum per principales, sed etiā
per procuratorem^d, tutorem, &
personas similes.

*Aduocati responsio nisi sit statim reuocata,
facit litem contestationem. h. d.*

An aduocati responsio litis
contestationem faciat? dubita-
ri potest, & ex facto respon-
sum

*b cap. 1. ex
cod. tit.*

*c cap. duob.
et 2. §. li-
cet. extr. de
election.*

*d cap. 1. ex
cod.*